ordinare & promittere dicitur, etiam si in ipsis ministri  
potestate fuerit ordinationi & consacribus Regis non coopera-  
ri, & tandem iter non exequi.

alij dicunt neminem ex non praelectis saluari, non  
quod eis defuisse potestas consequenda salutis, cum auxilijs  
sibi concessis, sed quod defacto ita contingit, ut illorum nemo  
saluetur, & ita certum habemus, non ex diuina praordi-  
natione, sed ex revelatione diuina praescientia, quia ex opere  
parato habitaculo respexit Deus superniores filios hominū  
quos non praelegoverat, atque speciali providentia gubernava-  
rat, ac specialibus munierat auxilijs, vidit (inquam) simul  
lam tamen necessitatem eis imponens, quando suasponte  
post concupiscentias suas omnes declinauerunt, simul &  
inutili facti sunt, neque esset usque ad unum, qui bonum  
faceret. Quos ideo reprobaruit, quia praeuidit illos abutentes  
diuini auxilijs. Tandem ad statutum eorum morti momen-  
tum in peccato pervenire, a proinde, impenitentia finali  
descedere, qua proinde, approbatione Dei indigni, reprobatio-

ne

ne qui digni facti sunt.

4 Unde & autores harum opinionum & reprobationis causam ex parte reprobi assignant, & causam prædestinationis referunt in solum Deum, cuius misericordia sola causa fuit qua illis conferret primum prædestinationis effectum, nam primam gratiam vocationis, cum preparatione & virtute præordinari & promitti caperint interminum beatitudinis ab quo ullis meritis dari docent.

Si autores ponunt causam prædestinationis non vero reprobationis.

5 Perfectioni autem diuinæ prouidentia nihil derogat horum autorum sententia: tum quod in Deo ponant ab aeterno omnium futurorum eventuum, etiam contingentiū ac liberorum, & prævisionem intuitum, & præcognitionem antecedentem omnium effectuum possibilium: tu quod etiam Deo prædeterminationem tribuant, non solum circa omnia auxilia, quæ hominibus concedit, sed etiam circa omnes artus voluntatis creata, cum de omnibus etiam in particulari prædiberet Deus, in expediens sit voluntatem hominis ad talem alium prædeterminare efficaciter, vel efficiatur impedire, aut potius in ordine ad illum sufficientia & alia commoda auxilia tribuere, ac determinationem voluntati, pro suavitate diuinæ prouidentie ipsi permittere, ita tamen ut voluntati determinationem Deus statim ex alteritate & ab aeterno cognoscat & ipsa voluntatis determinatio à Deo ordinetur, siue in primum si bona sit, siue in panum, si à contrario sit mala. Quia omnia non solum perfectionem diuinæ prouidentie non minuunt, sed potius eius suavitatem valde commendant. Et enim sicut perfectioni Dei prima causa non derogat, ut causas secundas

Quam recte sentimus  
Si autores deducunt  
prouidentia.

pro

821

Sexto Togatissima quena

produxerit cum vera quadam participatione sua virtuti operativa, ijs qz cooperetur effectus eorum cum ipsis producendo quasse sola ipsa prima causa producere posset, quin potius quod etiam rebus creatis causandi & efficiendi virtutem communicare possit, quod qz de facto communicare voluerie, potentiam suam similac bonitatem commendat; sic etiam ut rebus omnibus ita prouidentia, ut etiam participationem quadam diuina prouidentia rationalibus creaturis communica uerit, & iuxta conditionem sua naturae eas gubernans, facultatem sed determinandi eidem permiserit, perfectioni diuina prouidentia, non solum nondetrahit, verum etiam potentiam suam, bonitatem, ac prouidentia suauitatem maxime extollit.

quantum hac opinio  
ab errore Ciceronis ali-  
ena sit; vel eorum qui olim dixerunt circa cardines cali  
praambulat, neqz nostra considerat, nemo est qui videre  
volens non videat; cum illi praescientiam omnem, & con-  
sequenter omnem rerum inferiorum gubernationem, omne  
qz generalitatem in inferioribus, atque cooperationem cum  
causis secundis, ac tandem prouidentiam animo equè insipi-  
enti ac sacrilego denegauerint. quibus omnibus erroribus  
preditorum autorum sententia, e regione proponitur.

Quicquid igitur aduersarij dicant certè hi autores  
nihil absurunt improbabile aut quod indigna aliqua cen-  
sura iure aliquo notari debeat; cum nihil contra eorum se-  
tentias ab Ecclesia fuerit definitum, quin nimis innumerii  
autores, hi qz gravissimi reperiuntur; tum ex patribus, tu-  
etiam ex Scholasticis, qui eorum tueantur sententiam,

Eri forte

Et si forte eorum aliqui minus canticō loquantur, quod dicant dari causam prædestinationis ex parte hominis: in quo tamen non intelligunt dari aliqualem causam primæ gratiæ, vel preparatiōnis illius, quod esset declinare insentētiā Semipelagianorum, sed quod prædestinationem vocet ipsam electionem ad gloriam: & quidem in eo licet impro priè satis loquantur, in re tamen ipsa nihil dicunt, quod erroris vel improbabilitati nota dignum sit.

## AD CONCILIANDAM

Libertatem cum scientia & Pro

videntia Dei, ponenda est  
in Deo Triplex sc̄ia

## Sectio Quadagesima-

Etsi predicta sententia probabili censenda sit, nos tamen aliam ingredimur viam antequorum Pa trum, gressibus peruiam, quam sicut aduersarij nostri pa cūs ante annis in Hispania non certe obstruxerunt, obstruerent totis viribus conatus sunt, quod tamen via regia sit, nihil proficere potuerunt. Porro hanc, cōlibentium sequi mur quod innumeris fari Theologis difficultatibus lucem afferat, quod que præsentim aptissima sit, ad libertatem ho minis cum summa diuinæ prouidentie perfectione, quam optimè conciliandam.

Eius autem principium sumendum est ex tripli sc̄ientia quam in Deo esse credimus; prima est qua Deus res omnia possibilis cognoscit ante omnem decretum liberum

Triplex scientia  
in Deo.

sept. *Quadrageſſime*

1<sup>a</sup> scientia ſimpli ſud diuina voluntatis, quam ſimplius intelligentia  
ciſ intelligentia  
2<sup>a</sup> scientia determinata ſcientiam appellant; ſeunda eſt, qua post determinatio-  
nata futurom nem omnium cauſarum etiam contingentium aut liberarum  
contingentium. omnes effectus, ut iam determinate futuras ex ſua eterni-  
tate cognosat, ac videt, quam ſcientiam visionis vocant.

Tertia ſcientiam <sup>via vel conditiona</sup> Tertia eſt (cui aduersarij quod omnes suas difficulta-  
tum tis diluide aperiat) vehem enter repugnant, p[ro]p[ter]e[rum] in  
quam ſcientia quoddam, qua prius secundum nostram  
rationem, quam diuina voluntas aliquid de effectibus  
contingentibus & liberis creaturarum determinet, imo &  
ante quam ipsas ſeundas cauſas liberas creare conſi-  
tuat, cognoscit quid cauſa libera, ſi in hoc vel illorum  
rum ordine conſtruuntur, aut his vel illis ſine auxilijs  
ſue tentationibus alliciantur, pro ſua libertate futura  
ſint, & in quam partem redeterminabunt. Hanc autem

<sup>Cur dicatur ſci-</sup>  
<sup>tia media</sup>  
alijs ſcientiam medianam appellant, quod conditionem  
habeat quasi medianam inter ſcientiam verum poſſibilium  
ut ſic, qua mere naturalis eſt, & inter ſcientiam visionis  
qua ſupponit liberaſ determinationem tam voluntatis  
diuina, quam creaturæ. Media autem ratio eius ſcientia  
in eo conſiftit, quod ſicut ſcientia visionis, ita & haec ex  
libertate creaturarum pendet, non quidem, ut ſcientia  
Dei, ſed ut determinatur ad hoc obiectum determinatae

Hugo de S. Vict. ut bene diſtinxit Hugo de S. Victore p. 2 - de sacrament.  
cap. 16. ſic ſcribens. Si futura non effent, in Deo graci-  
entia non eſt; ſed ex hoc nihilominus in Deo fuſſet, quia  
ipsa, qua præſcientia eſt, ſcientia fuſſet. Etenim quia  
renuera Petrus in talis rerum ordine & cum talib[us]

amp[er]

auxilijs negaturus erat Christum, ideo id praecripsit  
non solum abolute dum eum in tali verum ordine  
constituit, sed conditionaliter, antequam in eo ordinare  
rum, eum constitutere decreveret. Quia enim ea posita  
conditione ita futurum erat, ideo & Deus ante conditio-  
nem positam, conditionaliter praecripsit Petrum id fac-  
turum, si ea apponetur conditio quod si aliter Petrus  
faturus fuisset, aliter & Deus praecripsit, ut loquitur  
Augustinus S. de ciuitate. cap. 10. semper tamen  
scientia divina inse integra & eadem mansisset.  
Hoc igitur in conditionem scientiae visionis declinat,  
qua abolute libera est; declinat autem in condi-  
tionem scientiae naturalis, quod sit in Deo prior ra-  
tione, quam omni alter liber divina voluntatis sue:  
unde quasi participans rationem duarum scientiarum, sci-<sup>t que sunt quae ex  
trema</sup>  
licet libera & naturalis, non in commode scientia mediū  
cupatur a Molina. Alij tamen malunt eam scientiam con-<sup>t in concord. dis  
pu. so. ad. av. is  
q. 14. b. tripliq.</sup>  
ditionalium appellare. Sed cum in solo nomine differentia sit  
parum refert sic aut aliter loqui. Item etiam scientia  
media dici potest quia nez omnino abstrahit ab effectuum  
existentia, vel, ut ita dixerim, futuritione, scilicet scien-<sup>abstrahit</sup>  
tia qua simplicis intelligentiae solet appellari, nez omni-  
no respicit futura ut determinata, ut scientia visionis  
sed metro quodam modo respicit futura ut futura sub co-  
ditione, ideo scientia media dici potest & sic appellatur a  
Doctore Molina. Alij tamen in quaestione de nomine  
plus nimis laborantes, & acerius, quam par esset, con-  
ten  
<sup>Unde pars bipartita alijs  
de ea simplicis intel-  
lig. valig. de rati-  
onie visu?</sup>

## Sectio quadragesima.

tendentes agere ferent scientiam medium appellari, sed potius sicutiam conditionalium dici volunt. Negunt etiam scientiam aduabim prioribus scilicet à scientia si simpliciter intelligentia & scientia visionis distinctam connumerant volunt, sed ad scientiam simpliciter intelligentie pertinere contendunt; sed cum questio de nomine sit indignarideatur, ut in eius disputatione longius immoremur.

Alia etiam questio esse poterat utrum eas scientia, prescientia dici debeat, an solum scientia; Etenim cum non referatur ad effectum determinate futurum prescientia dicenda non videtur, nam particula, prae, antecussionem diceretur detur, respectu illius quod postea de facto sequitur. At cum questio etiam de nomine sit, ab ea supercedendum censeo; cum iam constet quod explicare intendimus, cum prescientiam, siue scientiam medium, sive conditionalium dicamus. Igitur ante quod ostendamus, quantum haec scientia innat ad libertatem arbitrij, cum diuina scientia & providentia conciliandam, neguis nos existimet noua audere admittentia. Eam scientiam admittendam necessario esse probemus. Sit Igitur. sch. 41.

## SCIEN<sup>TIA</sup>. ILLA

media, sive conditionalium

ex Sacra scriptura, Patru

ac Doctorum testimonijs

comprobatur.

## Sectio quadragesima. 1.

Quod praedicta scientia media admitti debeat, multa

probant testimonia tam Scripturæ, quam sandorum Patrum, in quibus explicatur scientia contingentium eventum, antecedere decretum diuina voluntatis, sive quod significatur Deum decreuisse aliquid facere in ordine ad aliquem effectum contingentem futurum, ex eo quod presciat extali causa si apponatur sequendum eiusmodi effectum, ubi necessario presupponitur scientia conditionalis ante decretum; sive quia ea scientia ponatur effectum conditionalium, qui nunquam erunt, eo quod nunquam decreuerit Deus eorum causam vel conditionem, qua posita sequendi præcognoscantur, apponere. Ut plurimum autem hæc duo simul reperiuntur explicata isdem testimonijs, nam & ut plurimum in qualibet refacienda Deus Optimus maximus, his duabus utitur scientijs, ut in vocatio Mathei v.g. de qua infra occurret sermo, quia prænoruit Deus Matheum regnum naturum diuinae vocationi, si alio tempore vocaretur, con sensurum autem si est tempore vocaretur, quod defacto vocatus est, ideo non antea, sed tunc vocavit, ut infra ex Chrysostomo dicemus, ubi ad perfectam prædeliberationem huius effectus concurrit in Deo scientia, & conditionalis quod nunquam ponetur in re, quod voluerit Deus conditionem à qua effectus pendebat apponere, & conditionalis quod posita est in re. Igitur utriusque scientia testimonia promiscue adducemus, cum utraq[ue] pro illo priori rationis, quo ante cedit decretum diuina voluntatis omnino eodem modo se habeat.

Quod attinet ad Sacram Scripturam, primo insiq.  
nus

Mathei. 11.<sup>o</sup>

Sextū quadragessima propria

Mathei. 11.

Luca. 10.  
Joan. 6.

Ezech. 3.

formaliter argu  
itur ex predicatione  
testimonijs

nis locus est Mathei 11°. Vñ tibi Corozaim, vñ  
tibi Bethsayda, quia si in Tiro & sydone facta fuissent  
virtutes quæ interfactæ sunt, olim in cinere & ciliis pani  
tentiam egissent. Et infra. quia si in Sodomis facta fuissent  
virtutes, quæ factæ sunt in te, forte permanerent usq;  
in hanc diem. Similia habentur Luca. 10. & Joan. 6. de  
Christo dicitur. Cum sciret quia venturi erant ut facerent  
eum regem eby & Ezechiel. 3° Esi ad illos mitteris audi  
ent te. Sunt & alia huiusmodi Testimonia ex quibus sumi  
tur efficax argumentum ad comprobandum prædicam sci-  
entiam: constat enim ex his Deum certo præscivisse aliquos  
effectus, qui nunquam positi sunt negati ponentur in re, sequen-  
tia infallibiliter ex his vel illis causis, si ipsæ causa pone-  
rentur in re; at non potuit id cognoscere ex vi alicuius alius  
voluntatis diuinae, ergo habuit illam certam præscientiam  
ante omnem alium diuinæ voluntatis, qua generaliter  
cognovit omnes veritates conditionales, non enim maior  
ratio est de una, quam de alia; maior constat ex predicatione  
testimonijs, quibus habetur. Deum certo cognovisse barba-  
ras nationes audituras Prophetam Ezechielem, si ad illas  
mitteretur, quæ tamen conditio posita non est; atq; adeo  
negati effectus requiritur: Item certo cognovit Iudeos venturis  
& raptrum Christum, ut facerent eum regem, qui tam  
men effectus ex defelitu conditionis non est sequutus; si  
aut etiam conuersio Tyriorum, Sydoniorum, & Sodomo-  
rum, ex defelitu conditionis in re sequuta non est; minor  
autem probatur, quia cum effectus non sint positi in re

ex

Sextus quadragesima prima.

ex defectu conditionis ipsorum, veritas illorum conditionalis & illius præscientia, non habebant dependētiā a præcedenti actu voluntatis diuinæ.

3 Ad hoc fundamentum varie posset responderi. Primo ut negetur illa testimonia intelligenda esse conditionaliter, sed absolute; ut scilicet tantum explicetur voluntas quam habebant, vel iudei ad faciendum Christum Regem, vel Syrii & Sodom, aut alia barbaræ nationes ad obsequendum prædicationi Christi, vel Prophetaum, aut certè aliqua alia conueniens dispositio causarum ad talem effectum.

4 Sed contra hanc explicationem est, impræmissum quod non consonat proprietati verborum scripture; scindere quod certum sit illorū, ~~habuisse~~ <sup>sabuisse</sup> nunquam eam voluntatem determinatam, cum nec Barbaræ Nationes aliquid de Prophetâ nouerint, nec Sodomi de virtutibus & prædicatione Christi: alia autem dispositio causarum, ex qua certo habebi posset cognitio conditionalis illius, etiam si fingenti licentia sit, profecto nulla poterit referiri. Ac deniqz quia Patres infra citandi hanc præscientiam in his testimonijs declaratam referunt ad ipsum effectum, & non solum ad dispositiones causarum, vel ad dispositionem antecedentem voluntatis.

5 Alia solutio est & inter aduersarios frequentior, etiam Deum has conditionales veritates cognovisse in prædeterminatione conditionali sua voluntatis; quia scilicet Deus prædeterminauit quo modo præmonueret, vel no-

1<sup>a</sup> solutio pilla cognitio sit absolute alicuius dispositio*n*is refacta fuerat, vel ex istentia

refellitur

2<sup>a</sup> solutio pilla cognitio fuerit in prædeterminatione conditionali diuinæ voluntatis

præmo

se<sup>ctio</sup> quadragessima prima.

præmoneret voluntatem, si hæc vel illa conditio ap-  
ponatur, vel non apponatur, et ex vi huius prædetermina-  
tionis cognoscit certe & infallibiliter quod futurum sit.

Refellitur 1<sup>o</sup>. Sed præterquam quod superfluum & inutile est ponere  
has prædeterminationes conditionales, circa effectus qui nū  
quani futuri sunt, Est contra hanc explicationem, quod non  
solum Deus præcognoverit hoc modo effectus bonos, sed etiam  
effectus malorum & peccata; quia negat absolute, negat conditiona-  
liter prædefiniri a Deo, & ab omnibus receptum, & per se no-  
tum videtur; & infra Deo dante videbimus esse contra  
haereticos huius temporis diffinitum a sacro Concilio Tri-  
dentino.

Pecata conditionali<sup>b</sup> Præscientiam autem illam peccatorum, præter alia  
euenientia cognoscere plura testimonia, probat manifestè histor. 1<sup>o</sup>. Regum.  
23; qua narratur Davidem consuluisse Dominum. Si

tradarent me viri Cæli in manus eius, (id est Sauli) &  
si descendit Saul. Vbi talias solutiones obiter excluda-  
mus, observandum est questionem Davidi, non solum  
esse de facto totius communictatis, sed de facto determinato  
& singulari determinata persona, nempe Sauli: quod au-  
tem ea præscientia & prædictio vere sit conditionalis, & res-  
pectuat conditionaliter ipsum peccatum Cætiliarum, &  
Sauli, docent expressè Abulensis ibi post quæst. 13. Non

est intelligendum verbum Dei istud absolute, quia utmo-  
falsum esset, sed intelligitur cum conditione; & infra  
supra illud tradent, sic ait. Istud verbum intelligi-  
tum est conditionaliter; & Syra. sic interpretatur,

Abulensis

Nicolaus de Syra

Si

## Sexta quadragesima prima

Si manseris in ciuitate descendet, quia non venit illic, ut postea habetur, quia David inde recesserat; & infra Itaqz conditionalis est vera, quanvis neutra euenerint, siue ista est vera, si homo volat habet alas, quanvis utraqz pars conditionalis sit falsa; eodem modo explicat Dionisius Cartusianus ibi.

7 Pandem vim habet illud sapientiae. 4. raporis est ne malitia mutaret intellectum eius ety de quo multea Patres ut infra. Item exod. 3. Ego autem scio quid non di- mittet vos Pharaon Rex Aegypti, nisi per manum validam. ubi duplex conditionalis includitur: prima nondimittet nos, si tantum apposuero media ordinaria: secunda dimittet nos si apposuero media extraordinaria. superque locum Augustini de praedestinatione & gratia cap. 6. Pri- ma (inquit) Dei vox est qua futuram voluntatem Phar- onis, sicut praeviderat, indicabat.

sapientia 4.

Exod. 3.

Augustinus

8 Alia solutio est, non ideo prædictos fuisse illos effectus 3<sup>a</sup> solu<sup>c</sup>. p. illadicam quin euenera infallibiliter essent futuri, vel præscientia certa re illis præcesserit in Deo; sed Christum Dominum, aut scriptores sacros, vulgari modo loquendi se accommodantes loquitos fuisse quasi per exagerationem, vel ad exage randam Santis indignationem contra David, vel Iudeorum perfidiam & obstinationem, in recipienda Christi prædicatione ety. ideo quie obseruant aliquando addi verbum forte, ad denotandum non esse certam scientiam, vel prædictionem effectus.

exaggerationem  
3<sup>a</sup> ideo apponatur  
alig<sup>d</sup> particula forte

9

Sed haec responsio, & libera nimis est, & viam apre cæ predicationes an rit

Sexta quadragesima prima

conditionalium sunt  
causa & veritatis

Augustinus.

rit ad totam Sacram Scripturam labefactandam, nec ullum prorsus habet fundamentum in patribus, qui assertunt eas predicationes simpliciter veras & certissimas esse. Augustinus Enchiridion cap. 94 & lib. de bono per reverentia cap. 9 sic rogat. Nunquid dicere possumus Tyrios & Sydonios talibus apud se virtutibus factis credere noluissent aut credituros non fuisse, si fieret cum eis? & respondet Idem Dominus attestatur, quod altius essent magna humilitati penitentiam; & notentur verba in Enchiridion supra, ubi postquam docuit apud quosdam non factas fuisse virtutes, & si factae fuissent egissent illi homines penitentiam, rationem huius reddit dicens. Apertissime namque Dominus dicit, va tibi Corozaim, va tibi Bethsaida. Apertissime (ingruit) ut excludat omnem opinionem in hac re. Item Prosper in res. ad Excerpta Gennens. respon. 9. ait. Quos (scilicet Tyrios & Sydonios) credituros fuisse ipsa veritas dicit, si talia qualia apud non credentes facta sint virtutum signa vidiissent; & infra. Manifeste tamen scimus & verum esse quod dixit. Scilicet quia si in Tyro & Sydoniis. Tandem omnes Patres communiter eates timonia referunt ad ipsorum effectus, tanquam certo fuerint; S. Thomas in expositione Mathei ibidem citans Remigius. Anselm. in Cathena, ibidem Remigius, Anselmus etiam ibi, Hieronymus in Bechilem & in Mattheum supra. Ab sensu & alijs supra citati.

S. Thomas

Remigius. Anselm.

Hieronymus

Abulensis.

quid significet par  
ticula forte,

Quod autem aduersarij addunt de particula forte, nihil eos innuat, tunc quod illa particula vix in illo propositiorum testimonio reperitur; tunc quod nunquam

poni

10

Sexto quadragessima prima.

ponitur in Scriptura verbum forte, ad insinuandam  
ambiguitatem scientiae diuinæ, vel minuendam certitudi-  
nem effectus reuelati, ut docuit Hieronymus super cap. Hierony.  
26. Hieremias, cuius verba retulimus supra, & Chrysostom Chrysos.  
Schol. 20 homil. 69. in cap. 21. Mathei, & Gregorius homilia 9. Gregor.  
in Ezechiel super illud, si forte audiant. Vnde verbum il-  
lud, forte, plerumq[ue] ponitur solum ad significandam libertatem  
arbitrij de qua sermo propheticus est, ut D. Thomas & Reprigis  
supra, & Hieronymus Bechielis 2º. super illud, si forte vel Hierony.  
illi audiant, vel propter alias significaciones, ut Gregorius  
homilia 9. in Ezechiel, imo aliquando prædicta particula  
forte, solum ponitur si impliciter ad connectionem antecedens  
e consequentium, eo quod (ut observat Ambrosius 2. de penitentia ca. Ambros.  
8.) simplices sit elocutio. Vnde & addi solet sententij certissi-  
mis, & in quibus nulla potest esse dubitandi ratio, ut est illud  
Joan. 8º. (Exemplum est Ambrosij) si me scireti, & forsitan  
patrem meum scireti; imo Illustrissimus Cardinalis Tolle  
tus super illud Joannis 4º. tu forsitan petiſſes ab eo, aduertit in  
græci codicibus ~~sæpi~~ loco vocis forte, vel fortassis, quam trans-  
fert noster Interpres, neperini sape vocem significantem po-  
tius certitudinem, quam ambiguitatem, & quæ restet, lati-  
ne verti posset. utiqz.

Ex his omnibus constat veritates conditionales, certo cog-  
nitas esse à Deo, ac priuilegio cum veritatis conditionalis ratio in-  
dependens sit à veritate tam antecedentis, quam consequentis  
per se sumpti, ut Lyra ubi supra adnotauit, Eadem ratione cog-  
noscit Deus veritates conditionales, siue responda sit in re  
sine non sit ponenda; vnde cognoscit illas Deus antedictor

Sextus quadragessima prima,

Prob. Jon. ex Pab.

Chrisost.

minationem aliquam sua voluntatis.

Eandem sententiam aperte docent Patres; primo Christi. 11  
sost homos, homil. 31. in Matheum, ubi comparans vocatio-  
nem Pauli & Mathei, aliorum Apostolorum vocationibus, sic  
alit. cuius rei gratia, non cum Petro simul ac Joanne & alijs-  
discipulis illum vocauit? certe quem admodum tunc ad illos  
accerit, vocauit qz quando obtemperatuos sciebat, sic Mathe-  
um quoque tunc vocauit, quando miraculorum fama perdo-  
nitum, minime relutaturum videsat, quade causa etia  
Paulum post resurrectionem pescatus est. Nam qui corda ser-  
natur, & occulta mentium perspicit, is etiam quando unus  
quisque ad obedientiam paratus erat, non ignorauit: propte  
rea non continuo incipiens quando durior fuit, sed post mille  
miracula, & insignem atqz prouulgatam famam, aptiore  
iam ad obtemperandum vocauit. Ecce docet Chrisost.  
praecongnovisse Deum quibus temporibus & occasionibus  
hi discipuli essent relutaturi vocationi Dei, quod non possi-  
tum est in re, eoque tunc non sint vocationes simultaneas  
quasi in eodem signo rationis, praevidit qua futura esset  
congrua vocationis, quo scilicet tempore, & qua occasione es-  
sent vocationes obtemperantur, unde & tunc illas vocauit  
quod ipsis respondere vellet. Eadem docet homil. 64. om. 12

Chrisost. 6m.  
6.8.

nes ille quidem ab initio conduxisse voluisse, si vero non  
omnes eodem tempore paruerunt, a voluntate vocatorum  
haec differentia resultauit: i.e. circu[m] alijs mane, alijs ter-  
tia, alijs sexta, alijs nona, alijs undecima hora vocan-  
tur quia tunc obtemperatur erant; quod & Paulus

aperte

Sextus Quadragesima prima

aperte significauit dicens, quando autem acceptavit Deum  
qui separauit me à ventre matris meae, quando porro de-  
ni voluit? quando certe obtemperatus erat; nam ip-  
se (scilicet Deus) a primis etiam incunabulis volueret, sed  
quia illum renixurum sciebat, tunc noluit cum animu-  
ipsius generaturam vocationem non ignorauit, sic & la-  
tronem cum postea vocauit, potuisse ante a eum vocasse, sed  
vocatus ille non paruisse. Nihil manifestius dicere  
potuit Chrysostomus.

- 13

Gregorius Nazianenus in tractatu de infantibus qui pre-  
mature abripiuntur post medium docet. Deum sepe eos ab-  
riperet de medio tollere, quod presciret eis, si viuerent, abu-  
suras vita & donis divinis, in maiorem eorum perniciem;  
atque ait. Hanc de talibus coniuram facimus, quod perfecta  
prudentia sit, non modo morbos contractos curare, verū  
etiam ne ab initio quidem pro rorsus aliquis in rebus ve-  
titiis versetur, prouidere; verissimile enim est eum, qui id,  
quod futurum est, atque atque prateritum cognovit, pro-  
gressum vitae infantis ad perfectionem prohibere, ne quod in  
gracia, malum animaduersum est in eo, qui ita vita  
rui fuisse, perficiatur, atque ei, qui ex voluntate, arbitrio &  
victrum fuisse, vitij, nequitiae & materia vita fiat. Id ex-  
plicat eleganti similitudine illius, qui plures arbitren-  
tes coniuvio, ita moderatur, ut ei expedire prenoscet, ex eo  
quod unus cuiusque coniuvia complexiones, & singulare  
ciborum naturas teste calluisset; & post subdit. Hoc est quod  
dico perfecta atque absolute prudentia opus esse, non solu-

Gregor. Niss.

con

contrahitos curare morbos, verum etiam prohibere  
antequam contrahantur; quam adeo opinionem etia  
demorte infantium modo natorum habemus, quod is  
quia ratione omnia facit, humanitate adductus, vitiis  
materiam aufert, spatium temporis voluntati per vim  
prasciam notata & animaduerte non datur.

Cyrill. Alex. 14  
Cyrillus Alexandrinus lib. 3. contra Julianum  
paucis post medium, cum approbatione utitur sententia  
Porphyrii in lib. 3. ad Nemeicum, quae si habet. Deus  
autem sciens se per numero. futurum, praeuenit his qui  
dein propter pietatem adhuc adolescentes, & ita eripieuntur  
os, propter futuras in posterum ab illis panas, alios autem  
miserans, quod liberat ab immedicabilibus calamitatibus.  
& infra idem Gregorius de eadem scientia Dei, quod bene  
sciat, & quod illi gratum sit gubernari.

Ambrosius vel 15  
Prosper  
Ambrosius, si forte ipse autor est librorum de vocatione  
gentium, vel potius Prosper Aquitan. filius inquisitor mentis  
Augustini, in libro 2º de vocatione gentium cap. 4º ait. Ee ut  
qz praeriebat Deus ad quem finem insanientis est progressura  
concupio (de cayn loquitur) neqz ex eo quod falli scientia di  
uina non poterat, necessitate peccati irgebatur facinus volutatus.  
ac cuius utqz intentione atqz effectu potuit incolumentas Abelis  
illata defendi, nisi plauisset Deo, cum magna laude patientie  
sue ut temporalis furor impij fieret perpetuus honor iusti.  
Ecce præcognovit Deus quibus medijs intentio Sauli restitu  
isset erga fratrem, qua tamen non sunt opposita; præcognovit  
etiam ea admonitione, qua admonitus est a Deo minime corri  
gendum esse, & tamen ex hac præscientia plauit diuinæ pr  
ui

videntia, eo modo cum Cayno se gerere, qui utilior fuit.  
set honori perpetuo fratris Abel.

16

Idem Ambrosius supra cap. 8. ad Roman. super il-  
lud, quis secundum propositum vocati sunt sancti, ait. Hi  
ergo secundum propositum vocantur, quos credentes praescit  
futuros sibi idoneos, ut antequam crederent scirentur;  
E infra super illud. quos autem praedestinavit, hos & vo-  
cavit, dicit. Vocare est cogitantem fidem adiuuare, aut co-  
pungere eum, quem sciat audire. Eccè aperte docet voca-  
tionem vel potius decretum vocandi (Deo enim potissi-  
mum loquitur) supponere in Deo scientiam auditus, id est  
obedientia, vel consensus ipsius vocationis; quia scientia ap-  
te decretum necessaria est intelligenda per modum condi-  
tionalis (scilicet) si hoc modo vocaueris Petrum, audiet vel  
consentiet. Expressus id docet supra cap. 9. ibi. Misere-  
bor cui misertus sum et ubi sciat. Ergo miserebor (in  
quit) eius cui misertus ero, hoc est eius miserebor cui praes-  
cios eram, quod misericordiam daturus essem sciens con-  
uersurum illum, & permanensurum agud me, & misericor-  
diam praestabo ei, cui misericordiam praestitero, id est ei mi-  
sericordiam dabo, quem praeclui post errorem recto corde reuer-  
surum ad me; hoc est, dare illi cui dandum est, & nondare  
illi cui dandum non est, ut cum vocet quem sciat obaudire  
illum autem non vocet, quem sciat minime obaudire. Ecce  
ex praescientia vocat Deus, non propter merita praescita sed  
propter obedientiam futuram praescitam, tanquam propter  
finem praeognitum vocationis; & officialiter notentur il-

la

Sexto quadragesima prima

la verba. Illum autem nondocet, quem sciat mini  
me obaudire; aequiualet enim scientia illa huic conditio  
nali, si vocarem illum ad huc non audiret; Et in his 2<sup>o</sup>.  
alijs locis Ambrosium sic exponit Ioannes Driedomius lib.  
de concordia liberi arbitrij & prædestinationis p. 1<sup>a</sup>. cap. 4  
ad 3.<sup>m</sup> ut infra.

Augustin.

Augustinus sape eandem scientiam docuit libro con  
tra Adimantum, Manicheum cap. 17. agens de David.  
cui dedit Deus potestatem occidendi Saul 1. Reg. 24. sic  
ait. fortassis dicant, sicut solent cœci i altare insana comi  
tia, meliorem fuisse David qui pepercit inimico, quam  
Deum qui dederit ei occidendi potestatem, quasi veri Deus  
nesciret, cui dederit hanc potestatem. Nouerat utiqz voluntate  
serui sui, sed ut cœteris etiam hominibus ad imitan  
dum imatesceret, ea qua in corde David iam Deo nota erant  
inimici dilectio dedit in potestatem inimicum, quem nondū  
volebat occidi, propter certam rerum dispensationem quā  
per illum impleri oportebat. Ecce manifestissime Au  
gustinus inde docet non fuisse minus bonum decretum Dei  
tradendi Saulem in manus Davidis, quam ~~se~~ patientia  
David, qui Sauli pepercit, quod secretum illud fuerit ex  
præsupposita præscientia illius conditionalis. Si tradidero  
Saulem in manus Davidis, David utiqz ei parcens ostendet  
dilectionem suam.

Ieron. Augusti:

Idem Augustinus de sex questionibus contra pag  
nos, questione 2<sup>o</sup> proposita illi questioni, cur Christo  
post tam longa tempora venerit, respondet. Sine præiudicio  
etiam

etiam aliarum causarum, quæ à prudentibus investi-  
gari queunt, hoc solum eis brevitatibus causa in huius  
questiōni diſputatione dicamus. Tunc voluisse hominib⁹  
apparere Christum, & agud eos prædicari doctrinam suā  
quando sciebat, & ut scielat esse, qui in eum fuerant  
creditori. His enim temporib⁹, & his locis quibus Euā-  
gelium eius non est prædicatum, tales omnes in eius præ-  
dicatione futuros esse præsciebat, quales non quidem om-  
nes, sed tamen multi in eius corporali præsentia fuerunt  
qui in eum, neq; suscitatis ab eo mortuis credere voluerūt.  
Ecce expressissimè docet Augustinus scientiam conditio-  
nalem eorum effectum qui neq; fuerunt in re, neq; etiam  
conditionaliter potuerunt prædeterminari à Deo cum esset  
peccata incredulitas; neq; tamen præsciri potuerunt ex  
degradata inclinatione hominum ad malum, & malleitu-  
dine occasionum: Sic etenim in his causis præcognoscere  
posset aliquis vagè (vt dicunt) non credituros, non tamen  
id cognosci poterat de omnibus, maxime cum præscientia  
Christi, & eius miracula tantæ virtutis essent ad conuer-  
tendos homines.

19 Negredit quis Augustinum retrahisse hanc  
sententiam; nam eti in libro de predestinatione Sanctorum  
cap. 9. referat eandem questionem & responsem &  
fateatur fuisse minutam, tamen & pro illa occasione suf-  
ficientem fuisse assertit, & in eo quod de præscientia conti-  
net, verissimam. Unde circa finem eiusdem cap. 9. ait  
eandem præscientiam vehementer confirmans. Cermi-

Augu.

tis

Sexta Quadragesima prima

tis ne me, sine praedictio latenter consilij Dei, aliaz  
qz causarum, hoc & praescientia Christi dicere voluisse,  
quod comminenda Paganorum infidelitati, qui hanc ob  
iecerant, sufficere videretur? quid enim est verius quia  
praeceps Christum, qui, & quando, & quibus locis in eum  
fuerant credituri, ea (scilicet) scientia de qua antea in re  
positione ad questionem Paganorum loquuntur fuerat. Et  
eadem fare statim iterum repetit.

Iam Augus.

Item libro de bono perseverantiae, postquam in 20  
capite 8<sup>o</sup> proposuerat questionem, cur ex duobus pisis homi  
nibus, huic donetur perseverantia usqz in finem illi non  
detur; & ex duobus parvulis pariter originali peccato adstric  
tis, cur iste absumatur, & ille relinguatur, statim in prin  
cipio cap. 10. sic ait. Certe poterat illorū Deus praeiens esse  
lapsuros antequam id fieret auferre de hac vita; & statim  
proponit solutionem aliquorum qui dicebant Deum in  
dicare homines mortuos de his peccatis, quos praeceps Deus  
eos perpetrat si inuenerent; & quidem nunquam ne  
gat Deum praeceps peccata quæ facerent homines mor  
tui, si longiori tempore vixissent, sed id supponens negat  
propter ea peccata mortuos iudicari. Item redit ad eam  
questionem, quam paulo ante diximus habuisse cum Paga  
ni, & de ea eodem prorius modo censet quo supra incipi  
te. q. de bono perseverantiae veram (scilicet) solutionem  
ibi datam iudicans, insufficientem tamen, vel so cum  
propterea quæ scriptura dicit de Tyrijs & Sidonij, qui inde  
Iudicij punientur, cum tamen praeceps eos ait pro

pensi

pænitentiam, si easigna vidiſſent egypti. Et hic pronun  
tiat sententiam quam supra retulimus scilicet. Ipsedo  
nimus attestatur quod aucturi essent magna humilitatis  
pænitentiam, si in eis facta fuissent diuinarum illas sy  
navirtutum. Ecce clarissime persistit Augustinus tan  
quam in certissima sententia in confessione huius scientie  
conditionalium, & eandem supponit toto capite 10. tangit  
commune principium sibi, & his quibus cum disputat.

21 Dinus Thomas. 3. p. quas. 1. art. 9. ad 2<sup>m</sup>.  
soluens illam questionem, cur Christus non venerit in  
prioribus temporibus offerit illam solutionem Augustini  
quam retulimus ex questione secunda ad Gentes: Nam  
cum ipso Augustino in predicto cap. 9. de bono perseveran  
tiae refellit, non quod Deus non prescivierit qui essent in  
prioribus temporibus consensuri, vel repugnaturi; sed quod  
propter occulta prædestinationis iudicia subuenit quibus  
voluit, alij non subuenit; ubi confirmatum Augustinus  
Deum certò sciuisse Tyrios & Sydonios aucturos magna  
militati pænitentiam, si in eis facta essent diuinarum il  
la signa virtutum. Vnde aduertit bene Franciscus sua  
res ibidem. S. Thomas in loco admittere scientiam conditi  
natam altum liberorum.

D. Thomas

Franciscus Suas.

22 Ex recentioribus hanc sententiam tenet expresse Joan. Driedonius  
Joannes Driedonius de concordia liberi arbitrij cap. 4. in  
solutione ad 3. Et has scientia supposita, late conciliat  
sententias variarum Ambrovij inter se, & cum Augustino  
dicere Ambrosius docuisse Deum prædestinasse homini

voca

sectio Quadragesima prima

vocationem secundum præscientiam meritorum futuorum, non tanquam propter causam meritoriam ipsius vocationis, sed tanquam propter finem, vocat, <sup>enim</sup> prædestinat Deus ut respondent, atq; adeo eos solos vocat, vocatione secundum propositum, quos cognovit consensuros: Augustinum vero solum negasse vocationem secundum præscientias meritorum tanquam antecedentium, & quia causa essent meritoria ipsius vocationis.

Ruarius. Ruarius Tapper art. 7 pag. 236. postquam docuit omnibus dari auxilium, quo possint saluari si velint haec ritur præsencia ad constituendam differentiam inter vocationem filiorum & aliorum. Hac (inquit) est differentia inter filios & alios, quod illi vocantur & mouentur quomodo natos & dispositos nuit Deus ut sequantur, sicut dicit B. Augustinus questione 2<sup>a</sup>. ad Simplicianum. 23

Gregor. de Valentia Gregorius de Valentia tomo 1<sup>o</sup>. commentariorum questione 14<sup>a</sup>. punto 9<sup>o</sup>. & seq<sup>t</sup> huic & secunda v<sup>o</sup> Nihil minus. Bellarminus lib. 2. de amissione gratiae & statu peccati cap. 17<sup>o</sup>. vers. respondet. & sequentibus; & tandem aperte videntur supponere Thomas Stapletonius ubi supra, Et ut plurimum omnes qui de concordia liberi arbitrij e fidei, contra hereticos huius temporis scribunt. 24 29

Th. staple Aut. q<sup>o</sup> disputat aliij autores, in caribuli questione. Cur Deus creaverit. An cur deus soncans peccatores vel homines, eisq; præceptum posuerit, cum præsciret illos transgressuros illud, & plures in eternum perituros; i in qua questione respondent negantes illam præscientiam antecedere 26

decretum diuina voluntatis, sed id supponunt, indeq; questionis difficultatem excitant, eamq; alijs rationibus dissoluunt.

27 Videntur præterea ciudem sententia Scholasti  
ci Doctoris, qui opinantur Deum cognoscere omnia futura  
contingentia in causarum comprehensione cum omnibus  
circumstantijs; illi etiam qui eadem futura à Deo cognosci  
existimant in soli Idem: nam si Hocce per se ipsas repræse  
tant illas ante decretum diuinae voluntatis, cum ta  
men pro illo signo rationis nondum intelligantur nisi  
per modum veritatis conditionalis, eo quod illarum esse  
absolutum & determinatum dependeat ex decreto di  
uinae voluntatis.

28 Item illi autores qui e omnibus contradictorijs  
etiam de futuro affirmant alteram partem esse deter  
minate veram.

29 Referunt aliqui pro hac Albertum Magnum Alb.  
in summa tractatu 16. questione 6. membro. 5.  
Ad fidium Romanum 1<sup>o</sup>. distinctione 40. questi  
one. 2. arti. 2. Argentina ibi arti. 3. ad. 6. contrapri  
mam conclusionem; quo tamen Autores non fuit mihi  
copia videndi. Illud mihi certum est, vix ullum auto  
rem referiri posse, quinob; exprasse repugnet in hac  
sententia; eam autem auctoritate Patrum & Doctorum  
quos iam citavimus, imo & Sacra Scriptura & testimo  
nijs expressi adeo confirmata ac corroborata es  
se, ut necessarium non sit alios patronos inquirere;

Massi

maxime cum eam hodie gravissimi vni; in omnibus fare prouincias (ut partim audio, partim ex eorum libris agnosc) adeo certam existiment, ut oppositam non solum minui probabilem, sed vel parum tutam in fide, vel maiori etiam censura dignam reputent.

Rationes p  
Sacra

Huius sententiae rationem alij sumunt ex varia te ipsa conditionali, qua, cum veritas sit, diuina scientia obiectum non esse nequit. Alij ex excellentia divini intellectus & luminis. Alij a posteriori, vel sigmo, ex eius scientiae necessitate, vel ad salvandam concordiam predicationis cum libertate voluntatis, vel ad permissionem diuinam intelligendam, qua posita peccatum permisum sequi certum sit Divinfallibile.

Unica tamen ratio moralis, semper me in hanc sententiam ire quasi coagit: Ea est inter omnes rationes cognoscendi futura contingentia, si hac non facilior est, certe nulla alia est minus difficultis. Insuper, mirè consonat testimonij Sacra scriptura ac sanctorum Patrum: gravissimas difficultatas easq; plurimas intota Theologia facili me distoluit; plenitudinem sapientiae maxime docet, pro & religioso animo dignè preparat, de inaccessibili profunditate intellectus divini sententi; ipsa <sup>tuis</sup> hac sententia se se insinuat, & per se ipsam ex proprio, verosimilem, maxime q; credibilem prabat: merito igitur erit amplectenda.

Et quidem illud mihi certissimum est, eam sci entiam esse admittendam, qua scilicet Deus prius ratio ne

ne, quam futurorum contingentium causas appone  
 redecenerit, conditionaliter agnoscat, qui effectus ex his  
 vel illius causu sequendus sit, si cause apponantur. Ex  
 plicare autem, quasit eius scientiae ratio, & unde eius  
 certitudo sumatur, adeo difficile est, ut vix plenam huius  
 rei intelligentiam viatoribus concedi credam; Et sane  
 profunditatem infinita scientiae diuinae, de quaue Bel  
 larminus explicat lib. 4<sup>o</sup> de lib. arbit. cap. 14. fore dic  
 tum est. Mirabilis facta est scientia tua ex me, vel super  
 me; ut ex Haebreo ipse adnotauit, me explicare posse ten  
 tis diffitear, quam libertatis differentiam ipsa expe  
 rientia compertissimam negem. Ea autem quæ in hac  
 redicere ut cunque possemus, longiorum exposuit disputa  
 tionem, quam neq; argumenti nostri, exigit, neq; libelli  
 huius breuitas permittit. Illud autem, neminem  
 turbare debet, quod Prosser in Epistola ad Augustinum  
 dixerit. Non absurdionis genere fingunt non agenda  
præscita esse. quod Augustinus confirmasse videtur  
 capite. 14. de prædestinatione sanctorum, explicans  
 illud sapientia 4<sup>o</sup>. Raptus est ne malitia mutaret  
 intellectum eius, vbi hoc (inquit) dictum est secun  
 dum periculavitæ huius, non secundum præcien  
 tiæ Dei, qui hoc præciuit, quod futurum erat, nō  
 quod futurum non erat, id est quod ei mortem im  
 maturam fuerat largitus ut tentationum sub  
 traheretur incerto, non autem quod peccaturus  
 esset

Testimoniū con  
trarium Expli  
cantur:

*Sectio quadragesima prima*

estet, qui manus viri in vita non esset. Nam Augustinus & Prosper solum intendunt, vel illam vere non esse praescientiam cum res nunquam futura sit - iuxta dicta in principio huius sectionis; vel certe volunt in Deo non esse praescientiam effectus nunquam futuri tanguam meriti, vel premij, propter quod Deus premij vel pane retributionem conferat; id enim illi intendebant, contra quos predicti Patres disputatione. aliae eam scientiam ut omnino certam supponit Augustinus in eodem Libro ut iam demonstratum est.

SCIENTIA MEDIA

vel conditionalium posita, optimè  
coniliari diuinam prouiden-  
tiam, cum libertate volun-  
tati creatæ ostenditur

*Sectio quadragesima secunda.*

*Scientiam medianam libertati minimè deroga-  
no derogat libertate, ex eo constat quod non sit causa efficax determinatio-  
nis voluntatis creatæ, sed supponat potius voluntatem ore-  
atam, ex propria indifferentia & libertate, sic vel aliter  
operaturam ut satis constat ex his que attulimus supra  
sectione 2o. numero 16. de quibus etiam videndus  
est Uvalensis lib. 1. doctrinalis fidei cap. 23. Et enim  
cum ex hypothesi huius conditionis, ut scilicet Petrus-*

*Uvald.*

*cons*

constituatur in hoc verum ordine, & cum his auxilijs  
verum sit ipsum Petrum, vel determinatè operaturū  
vel & determinatē non operaturum (nuisus enim est  
ut alterum tantum ex his duobus fiat) certe eam partē  
qua vera est Deus cognovit quia vera est; hoc est, quia  
Petrus v.g. liberi se determinabit ad talē effectum  
posita prædicta conditione; unde ex illa scientia, nulla  
necessitas antecedens prouenit voluntati Petri, atque  
adeo nec violat huiusmodi scientia, homini nisi liber-  
tatem.

2  
Salva autem & integra hominis libertate  
quam <sup>ex</sup> acte hac scientia consentiat cum perfectione  
divina prouidentia, adeo notum est ut expositione  
non egeat.

sciā media max  
pt' ad perficiū  
quid?

Imprimis enim (quod ad perfectionem pro-  
videntia, maxime pertinere videtur) usserimus  
ordinationem mediorum, quia Deus assumpsit ad  
aliquot fines, procedere ex scientia certa, non solum  
ipsorum mediorum, sed etiam effectum qui ex illis me-  
dijs defacto sequentur; unde non quasi in incertum or-  
dinat Deus ea media in suos fines, neque quasi ad huc no-  
scens quem effectum sint habitura, sed ex certa scien-  
tia & futuri eventus; unde nihil casu fit respectu  
scientia divina.

nihil casu si resp  
scie dei.

3  
Deinde illa scientia præsupposta recte explicari  
potest quo modo voluntas Dei & eius imperium, specie  
aliter respiciat omnes effectus futuros, salua ho-  
mī  
nī  
voluntas imperium  
dei in spaci respi  
ctu oēs effus

nis libertate, alio quidem voluntate antecedentiori  
nem determinationem voluntatis creatæ, illorū scilicet  
qui à solo Deo, & nullo modo à libera voluntate creatæ  
dependent; alios autem voluntate consequenti determi-  
nationem voluntatis creatæ, ut præcognitam per illam  
scientiam conditionalium: supposito enim quod Deus  
præcognovit Petrum hoc tempore obtemperatum fí  
dei, si Deus illum hac vocatione exicitaret, cum illogio  
curreret uniuersali concursu; exagrascientia, dum vo  
luit eum vocare ea vocatione, cui præcognoscebat consen  
surum, etiam voluit cum concursu ipsius Petri simul  
Sipse concurrere concursu uniuersali, ut ex concursu Pe  
tri, ex concursu gratia præuenientis, & ex concursu  
ipsius Dei causa prima immedieatè concurrentis, fie  
ri posset actus fidei ad quem præcognoverat Petrum  
sic vocatum, applicare & determinare suum conce  
sum. Id quod etiam locum habere potest in aliis pec  
tatorum: posito enim quod Deus præcognovit Petrum  
in his occasionibus & tentationibus sed determinatur  
quantum est ex libertate sua ad actum peccati, intelligi  
potest ex ea scientia presupposta, velle Deum cum illo  
concurrere, hic & nunc, concursu uniuersali, & dese  
indifferenti, quid esse non ordinatur ad actum peccati ut  
supra explicatum est; quanvis Deus ex scientia permit  
tat, hic & nunc, Petrum abuti illo concursu illum  
determinare ad actum peccati; nego intelligentius  
est

est ille actus diuinæ voluntatis determinari ad  
hunc actum peccati, etiam ut talis est determinatè  
secundum suam entitatem approbando illum sed  
tantum volens propter seruandum bonum liberta-  
tis humanae, & generalem legem cause prima concur-  
vare concursu illo uniuersali, dese in differenti, & despoti  
ordinato ad bonum. Itaque illa met voluntas concur-  
vendi hic, & nunc cum Petro ad actum, quies parte Pe-  
tri peccatum est, respectu ipsius concursus Dei, ut est pre-  
cisè concurrens causa prima, est voluntas approbationis,  
respectu tamen ipsius actus, immo & ipsius concursus, ut  
talii est, determinatè ex libera determinatione Petri  
non est voluntas, sed per missio; Et in hoc differt hæc volun-  
tas Dei concurrenti concursu uniuersali, & voluntas  
concurrenti ad actum bonum, quod hæc determinatur  
ad actum etiam ut talii est approbando illum, non ve-  
rio illac ut dictum est: Et ex hoc satigatae quomodo  
Deus sicut est causa peccati ita nec vult peccatum.

5 Non est improbabilis aliquorum sententia que  
asserit Deum concurrere ad actum peccati voluntate  
generali, qua vult concurrere generaliter cum omnibus  
hominitus, ad quos actus, ipsi voluerint sedeterminare:  
Docent enim hanc voluntatem, cum sit voluntas Dei  
sicut generalis, esse efficacem: atq[ue] adeo posita conditione  
scilicet quod homo sedeterminet ad operandum, habe-  
re sum effectum, scilicet influere concursum siue

probabilis volun-  
tatis genit. concur-  
rere Dei ad ac-  
tus p[ro]p[ter]e

influe-

influxum universalem; neqz enim repugnat, p  
licet illa voluntas, qua est quasi principium immedia  
tum influxus a dextra sit voluntas generalis, habeat ni  
hi lo minus effectum determinatum & particularem ex  
adiunctione cause secundæ determinatae & particulari: si  
cut etiam, si lux solis sit principium de se generale, ex  
adiunctione tamen causarum particularium, habet  
effectus particulares. Prima nihilominus sententia  
qua ex posuimus voluntatem Dei specialiter respicere  
hunc effectum probabilior videtur, conuenientius enim  
saluat perfectionem diuina prouidentia.

f scias median  
conclitatis Tracto  
q' K de p'gde.

Præterea iuxta hanc scientiam medium, optimè  
procedit conciliatio sententia Augustini cum sententij  
antiquorum Patrum, quam explicat Diedo. ut su  
pra adnotauimus sectione q' i. num. 22

6.

Item iuxta hanc sententiam optimè explicatur  
quomodo gratia prædestinationis, sit summa gratia  
quomodo etiam differentia operantii ad non operantem  
præducatur in Deum, nec sit quasi à casu, respectu illis  
quomodo etiam secretum prædestinationis sit inscu  
tabile, de quo iudicare non debeamus nisi errare velim  
vitait Augustinus, & quomodo hi omnibus nihil de  
rogetur libertate arbitrii. Supposito enim quod De  
summa gr' p'gde.<sup>s</sup> us præcognovit, cui vocationi defacto erat obtempera  
turus liberè, & cui erat liberè repugnaturus, fuit sum  
magratia, in qua posita est prædestinationis preparare  
Y Y

hunc

mag' p'gde.<sup>s</sup>  
m'g p'gde.<sup>s</sup>

hunc homini eam vocationem congruam, cui præ cognoscetradix dñi m̄ur  
cognoscetcumq; cōstitutu;  
omni differentiæ inter eum qui operatur. Et inter eū  
qui non operatur voluntas Dei qua voluit hunc vo  
care ea vocatione congrua, cui præcognosceth̄c cōgnos con  
sensurum, & alterum vocatione non congrua, cui præ  
cognoscetveit  
non sensurum. Quare autem volue  
rit hunc vocare vocatione congrua, cum potuerit eū  
vocare vocatione non congrua; alterum vero è con  
tra voluerit vocare vocatione non congrua, cum potue  
rit eum vocare vocatione congrua, præcognoscens mul  
tas vocationum formas, quibus idem homo defacto  
consentiret, & multas etiam quibus non consentiret,  
hoc est mysterium absconditum, quod non licet ho  
mini scrutari. Hæc autem omnia nihil derogare li  
berati constat ex eo, quod omnia hæc procedunt sup  
posita illa præcognitione, qua præcognoscit Deus hominē  
libere consensurum vel repugnaturum, si tali, vel  
tali vocatione vocetur à Deo.

A Tandem sic optime explicatur quomodo non de  
tur causa prædestinationis, quia non datur causa, qua  
re Deus eligeret vocare hunc hominem ea vocatione  
congrua cui præcognoscet consensurum: Consensus enī  
homini, qui ex hypotesi cognoscatur à Deo futurus,  
non cognoscitur ut causa antecedens. Et meritoria voca

secretū p̄d̄s  
in j̄cōsistat

p̄d̄ta m̄sideroz  
reliberati

nō dāj cāz p̄d̄s  
tinaq; explica

ni sed ut finis & effectus illius, quomodo S. Thomas,  
1. p. quas. 23 art. 4. dicit, posteriorem effectum prae  
destinationis esse causam prioris, secundum rationem  
causæ finalis.) Item explicatur optimè quo modo no  
detur causa reprobationis; primam enim permisso  
nem potius dicimus esse effectum voluntatis genera  
lii qua vult omnes homines saluos fieri; includit enim  
gratiam auxiliij sufficienti, qui posset homo bene re  
saluari, quānnis præcognoscatur non bene usurus illa.  
Quod autem supposita tali gratia non bene fuerit usus  
illa, in causa fuit, ut reprobaretur à Deo tanquam  
indignus approbatione.

V. exp. mā deh  
caū electio ad  
glor.

In ea autem questione qua versari solet inter  
inniores, utrum ex parte nostra detur causa electionis  
ad gloriam; qui negant dari causam, non ideo cogun  
tur ponere auxilium efficaciter prædeterminans, ut  
certa sit illa electio; sed dicent Deum sic absolute status  
se saluari hunc hominem, quod per illam scientiam  
conditionalē præcognosceret multa media & multas  
vocationum formas, quibus licet homo posset dissentī  
re, defacto tamen sciebat illum consensurum, & ita  
ad effectum illius electionis absolute legit aliquam  
ex illi congruis vocationibus eti;

Verum est quod iuxta doctrinam Augustini  
sati consequenter loqueretur, qui negaret electionē

ad

Lect. quadragessima secunda

ad gloriam esse ante opera, cum dicat expresso An  
gustinus questione 2<sup>a</sup> ad Simplicianum Ita  
tamen electio procedit iustificationem, sed electionem  
iustificatio. Csermo. 7<sup>o</sup> de verbis Domini secundū  
Matheum infine, & alibi non raro id docere videtur,  
cum autem saepe asserta ~~selectionem~~ procedere me  
rita vel opera, manifeste intelligit ~~selectione~~ ad gra  
tiam & ad merita, nonne ~~selectione~~ ad gloriam.

Aug.

12 Facile etiam dici posse propriè loquendo electio  
nem etiam ad gloriam, non esse ante ~~selectionem~~ ad  
gratiam vel ad merita, nec post illam, sed utrumq;  
esse tuncdem actum, etiam secundum rationem  
nostram, quatenus in Deo non distinguimus artus volu  
tatis, nisi quod ~~est~~, inter voluntatem unius obiecti, &  
voluntatem alterius intercedit aliquis artus intellectus:  
sicut in nobis, inter intentionem ~~selectionem~~ intercedit  
inquisitio mediorum, regulariter loquendo, alias nec in  
nobis multiplicantur artus circa finem & circa media: na  
lorem artu vult quis bibere ad sedandam sitim, vel si  
tim sedare bibendo, eò quod non sit necessarium postquam  
intendit sedare sitim, inquirere de medijs ut eligat potum.  
In Deo ergo cum ante omnem actum sua voluntati præ  
cedat cognitio certa omnium mediorum, non solum quae  
conducere possint ad fines intentos à Deo. v.g. ad fi  
nem prædestinationis, sed etiam quæ defacto, si appo  
nan

natur, congrua erunt ut defacto sequatur finis:  
sit postea ut alio voluntati, etiam secundum nos-  
tram rationem, uno & simplici per modum unus  
velit saluare hominem per hanc gratiam, vel ei da-  
re hanc gratiam ut saluus fiat.

Alia etiam questiones, pertinentes ad materi-  
am de prouidentia, predestinatione, & reprobatione, fa-  
cilius quilibet explicabit posita illa scientia conditiona-  
li; ideo eas omitto ut tandem finem ponamus primi-  
cipali questioni de motione & efficacia diuina gratiae.

## QVAESTIO. INCIDENS.

Utrum e duobus hominibus aqua  
lia habentibus auxilia, contin-  
gat unum converti, alte-  
rum non.

### Sectio Quadragesimæ Tercia

Si am ex dictis facilis erit resolutio illius questi-  
onis, Utrum postea contingere, ut e duobus hominibus  
cum aequalibus auxilijs a Deo adiutis, unus convertatur  
ad fidem vel penitentiam, manente altero in sua infidel-  
itate atque peccato. In qua questione, suppositi que in su-  
perioribus dicta sunt, Tandem restat diuersos sensus que-  
tionis distinguere; inquitlibet enim illorum reso Cuius

petenda est ex superioribus.

Primo ergo haec quæstio ab aduersariis nostris alijs terminis proponitur, scilicet. Vrum possibile sit ut duobus infidelibus audientibus rem fidei, & suscipientiis omnino, & quantum ad omnia aequalē auxilium diuinum; unus credat, & alius non credat. Ita proposuit quæstionem Fr. Didacus Nuno insuis prelectionib[us] vbi supra; in publicis autem assertiōnibus, quas Zypis mādavit, sic eam proposuit. Utrum accidat, ut è duobus hominibus audientibus Euangelium cum aequali omnino auxilio ex parte Dei, pro sola libertate arbitrij, unus convertatur ad fidem, & alius non convertatur. Vnde constat eos querere de omnimoda aequalitate omnium auxiliorum; vrum scilicet fieri posse, ut qui convertitur & non convertitur, sint a deo aequales in his quae iunt ex parte Dei, ut nec differant in auxiliis aliquo, etiam comitante, imo nec in ipso actu conversionis; nam dum probant partem negatiuam, eo potissimum utintur argumento, scilicet magis confert Deus, quando confert ipsum alium, quam quando tantum confert potentiam ad illum alium producendum: sed illi qui non credit de facto, tantum concedit Deus de facto potentiam ad credendum, illi vero qui credit, de facto concedit Deus ipsum alium credendi: ergo aliquid magis concedit Deus isti quam illi.

In hoc sensu solent nos si imponere partem af  
fir

Pot intelligi: i.e. se  
omnimoda aequali  
auxilio

ita prob' con'sus  
Nuno sup

impedito sensu in  
poniti nobis e. M.  
Cuius p. aff.

firmatiam, & expressio nomine, eam tribuit Dodo  
ri Molinae, Didacus Hunio ubi supra. sic enim ait.  
Sit unica conclusio. Ex illi duobus hominibus consti  
tutis a principio dubijs (scilicet ex suscipientibus omnino  
& quantum ad omnia, aequali auxilium diuinum  
sic enim proposuerat titulum dubijs) impossibile est quod  
unus credat, & alius non credat; & paulo post. Contra  
istam conclusionem videtur tenere Molina in concordia  
de libero arbitrio quæstio. 14. arti. 13. disputa. 12. cuius  
verba sunt haec. Quare fieri potest ut duorum, qui aqua  
si auxilio intervici a Deo vocantur, unus pro libertate  
sui arbitrij conuertatur, & alter in infidelitate perma  
neat.

Sed ut omissam quid passim docet Molina cum  
qui operatur, necessario habere auxilium gratia coope  
rantis, ut constat cum alibi saepè, cum indisputatione  
38. vers<sup>o</sup>. Tertio assereramus; & vers<sup>o</sup>. Nostra. ubi ana  
thema dicit in eos qui Dei cooperationem negaverint. ut  
etiam omissam ibidem vers<sup>o</sup>. ad secundam vero proba  
tionem. eum expressè asserere, non esse concedendam  
hanc propositionem. Iati duobus aequalibus auxilijs  
ex parte Dei, fieri posse, ut unus pro sua libertate conuer  
tatur, & alter non, nisi addatur, & dicatur, cum aqua  
libus auxiliij gratia præuenientis; certè in eadem  
disputatione 12<sup>a</sup>. in qua eum citant aduersarij, talis  
propositio non referitur interminis, quibus illi eam

imponunt, sed tantum sub his terminis. Fieri pos  
t est ut duorum qui aequali auxilio, interius à Deo vo  
cantur, unus pro libertate sui arbitrij convertatur, & alter  
in infidelitate permaneat. Vbi non sunt illa verba qua  
 Fr. Didacus Nuno addit in sua lectura scilicet codem au  
xilio omnino aequali quantum ad omnia. Et quæ addit  
 in publicis conclusionibus scilicet, ex parte Dei, pro sola eti  
qua verba simul sumpta propositionem trahunt insinua  
trum sensum; uno expressæ in eadem propositione ostendit  
 Autor, set tantum loquide his, qui aequales sunt in au  
 xilio vocationis, ut constat ex illis verbis. qui aequali au  
xilio interius à Deo vocantur. Vnde mirum est quod  
 cum eadem verba Dris Molinae retulerit ipse Nuno  
 ad huc audeat dicere Molinam tenere contra suam con  
 clusionem, Deinde certum est in eadem disp. i 2. esto ibi  
 disputationem de gratia cooperante non instituerit, toties ta  
 men gratiam adiuvantem & cooperantem explicuisse  
 ut nulla prorsus apparentia tribui possit ei quod eam nega  
 nerit, videatur aversus. Negat cur eti specialiter versus  
 finem vers. illud postremo, & vers. est tamen. Et tandem  
 concludit sub finem. Quo fit ut quando cum Concilio Tri  
 dentino dicimus arbitrium nostrum libere consentire  
 Deo mouenti, excitanti & cooperanti eti non excludamus  
 adiutorium & cooperationem diuinam, qui in potius illa  
 presupponamus eti. Et invenimus farè verbis, quod  
 sapissime pro rei difficultate explicatione, gratia coope  
 ra

rationem inculcaverit, veniam praecatur, nec omni  
no immerito: quatuor enim velquings folijs (hui enim  
absoluitur eadisputatio) videvigesies, gratiam adiuuan  
tem expressit.

Neg*z* prædicta sententia potest imponi D*r*i Molina  
eo quod pag. 83. dixerit. Pro sola namqe eorum liberta  
te eti. Est enim manifestissimum, per illam exclusi  
nam, Pro sola, non exclusisse gratiam cooperantem.  
quam supponit in clausula immediate sequenti. ibi: A  
quo præsto existente auxilio gratia eti; Sed solum ex  
clusisse aliquod auxilium dese efficax ex parte principij  
necessario grarequisitum. Id quod vel ex ipsis verbis  
eiusdem propositionis sati colligitur: expressit enim etiam  
equalitatem in auxilio vocationis ibi: Eademqe ratio de  
codem modo affectis, equaliter quod à Deo ad fidem vocatis: pro  
sola namqe eti. Cum ergo dicit Pro sola libertate. solum ex  
cludit speciale aliquod auxilium vocationis.

Igitur in hoc sensu, neg*z* cum Molina neg*z* cum  
aliquo autore, huius prædictim temporis, controvicia  
abegotest; omnibus consentientibus eum qui convertitur,  
ab eo quin non convertitur, ut minimum distingui, eu  
quod excedere, non solum in ipso albu conversionis, sed in  
ipso etiam influere cooperatione gratiae.

Secundo ergo questio sller intelligi potest. V  
erum cum aequalibus auxilijs gratiae præduenien  
ti contingat, alterum converti, alterum non converti,

Et sub his terminis ad huc duplex potest esse sensus quaſ  
 tionis, iuxta duplicitem aueptionem illius vocis. Auxiliū  
gratiae; Potest enim sumi, p[er]e[dict]o ipso auxilio reci  
 dum id quod ponit in intellectu vel voluntate hominis, ex quo  
 sumitur eius vis & efficacia, vel sumi potest pro ipso auxi  
 lio, in quantum gratia est reduplicando ipsam rationem gra  
 tia & favoris diuini. quæ distinctione usus est Bellarmine  
 lib. 1. de gratia & libero arbitrio cap. 13. ver. 8. Si pro po  
 natur quaſtio, & ſequentiibus, & lib. 6. cap. ultimo. ver  
 s. 5. Nona ſententia. & ſequentiibus. Agitur iuxta hanc  
 ſecondam aceptionem ſecundus ſensus est. Utrum fi  
 ri poſſit ut auxilium præueniens in eo qui reſiſtit, & in eo  
 qui conſentit habeant aqualem rationem gratiae. & in hoc  
 ſenu certa videtur pars negativa quam docet Bellarmi  
 nus ubi ſupra, eſt q[ui] conformis valde D. Auguſtino ut col  
 ligi poſtest ex hi quæ notarimus ſupra testimonio 12<sup>o</sup>.  
 in fine, & alijs citatis a Bellarmino ubi ſupra lib. 1. cap. 12  
 Negat diſentit ~~aut~~ Molina aut qui uis alius Catholicus  
 quamvis apud neminem eam quaſtione ſub proprijs ter  
 minis viderim explicatam. Reſolutio tamen Bellarmi  
 ni omnino conſequens eſt ad principia ſupra explicata, que  
 ſequitur D[omi]n[u]s Molina: etenim ratio doni, & ratio gratiae  
 vel doni gratuiti, non ſolum dicit rem donatam ſed dicit  
 illam rem cum duplii reſpectu, primo ad donantem ex cuius  
 diſtimatione & affectu maxime ponderanda eſt ratio doni:  
 Secundo ad donatarium, quatenus illi magis vel minus uti  
 ſed donum fuerit. Unde si Deus mihi concederet fundum

2 ſenſ. 9. V. aux  
 p[ro]uenies poſſit ſere  
 ſqualē, ratiō grā, in  
 qui no[n] conuerthi  
 ac meo qui con  
 verthi  
 pars negat ab  
 eſp[er]t.

Et quicquid in eo est, si ibi Thebaurus sit, Ne potest tamen ignorari, certe in ratione doni & gratiae non tantum donū, aut gratia est, ac si ex speciali scientia vellet in specie propria donare Thebaurum. Item si pauperi centum aureos donaret, quibus omnibus eius necessitatibus remedium apponat certe maior gratia fiet illi q̄d si dimiti totidem centum elargiatur quæ tamendines statim prodigè differt unus granos citur.

Hoc supposito, cum ei qui vocationi consentit hoc vocationis donum concedat Deus ex præcognitione certa congruitatis ipsius vocationis, & consensus de facto futuri, atq; adeò ex formali vel virtuali affectu efficaci tribuendi eidem homini, mediante vocatione ipsum consensum quem de facto confert, proculdubio longè maior gratia fiet illi quam alteri, qui vocationi in entitate & virtute omnino simili vocatus non consentit, sed resistit; nam & ipsi vocato ea vocationis de facto utilior est & Deus eam maiorem utilitatem hominis vocati in eavocatione præcognoscet & intendebat. Confirmatur, quia Juxta Augustinum, ei qui de facto convertitur mediante ipsa vocatione congrua dat Deus consensum: etiamen qui non convertitur, non dat consensum, etiam si illi concedat vocationem. maior ergo fiet illi gratia etiam in ipsa vocatione, adeò ut semper gratia vocationis congrua, quantumcunq; in entitate sua remissa sit, quasi ex genere vocationis congruae, longè maior sit gratia, quam quelibet alia interuisitia vocationis non congrua.

Porro

Porro iuxta priam acceptiōē vocis. Auxiliū  
gratiae. Et facta solum comparatione in entitate ipsius au-  
xiliū, in virtute qz efficacia illius ad mouendū quantū  
est ex se; procul dubio non solum aequalia possunt esse au-  
xilia præuenienti gratia, in equo non convertit, Et  
in eo qui convertit, verum etiam maius est. E potest in  
equo non convertit; id quod manifeste docet Augusti-  
nus locis citatis p̄adīta sectione 16. testimonio 11. Et se-  
quentibus. efficaciter qz probatur ex omnibus dictis supra  
nam si præuenienti gratia vis ea est, ut pro liberade  
terminatione voluntatis, possit homo illi resistere vel  
consentire, certe fieri poterit ut eidem gratiae (hoc est) ei  
dem vocationi, unus resistat, aliis non resistat, Et in hoc  
sensu disputant hanc questionem Driedo, Ruardo Do-  
minicus de Soto, Andreas al Vego, Thomas Stapletonus,  
Gregorius de Valentia supra citati, quā affomatina  
tuentur, Et illis in hoc sensu consentit Bellarmino  
supra, contra Magistrum Barner 1. parte. quas. 23  
arti. 3. post decimam conclusiones. §. sed circa istā.  
2<sup>a</sup> 2<sup>d</sup>. quas. 10. arti. 1. dubio. 2<sup>o</sup>. documento 3<sup>o</sup>.  
qui in hoc sensu videtur disputare hanc questionem  
et partem negatiām tuerit. Quid autem in hoc sen-  
su, eam questionem disputet Molina disputatione 12.  
manifestum est. Et imprimis quod logratur de solo  
auxilio gratiae præuenienti patet ex titulo questionis  
et ex eiusdem tituli explicatione, existim subiunc-

Tercius sensub  
gratiae  
V. auxiliū  
convertit  
qno cōtr. p̄fici  
esse aequalia me-  
ritate extre-  
me  
huc. e Raff.

Driedo.  
Ruaro.  
Soto  
Vego  
Staplet.  
Valentia

Bellarmino

Barner.

Molina

dispu-

tat et in ho-

3<sup>o</sup> sensu.

Molina studiis  
punit et in ho-  
3<sup>o</sup> sensu.

ta



Sectio quadragessima Tertia

ta conclusione, Et ex corollario apposito, in quo hanc questionem attingit. quod autem in eo comparet auxilia gratia, secundum eorum entitatem, & virtutem, non vero in esse gratia, ex ipsis fundamentis saepe constat; sunxit enim fundatum ex ratione Et natura libertatis.

alio q. cu aduersa 9  
vix. V. qui peccat  
Sic semper perficit  
q. maius auxiliu  
q. si qui non peccat  
et non tenentis affi  
matione  
adversarij. utrum qui peccat semper habeat manus auxiliu et qui non peccat, per se loquendo, Et ceteri pari bus. In quo omnino ignoro, quomodo partem affirmati uam tueri non cogantur adversarij, cum ponant etiam ad alium peccati, necessariam esse promotionem speciales, quam non habere cum qui peccat, manifestum est; Et ex eo confirmatur, quod per se loquendo ideo dicunt, cum qui bene operatur, necessario habere auxilium Dei, manus eo, qui non operatur, quia per se loquendo promovetur a Deo specialiter ad talum alium; pari ergo ratione, speciale auxilium necessarium erit ad alium peccati, propter similem promotionem.

Nec possunt opponere, etiam in nostra sententia 10  
dicendum esse, eum qui peccat habere manus auxiliu Dei, ratione concursus generalis, quem ut habeat qui non peccat, neesse non est, cum nec necessit aliquid operari. Respondetur tamen, latissimum esse discrimen in hac parte, interaduersam, Et nostram sententiam: nos enim etsi fateamur, cum qui operatur, etiam si in opera

trione

Sectio quadragesima Tertia

tione peccet, concursum habere universalē, illum  
 tamen omnibus generaliter offerri dicimus, à Deoqz  
 in bonum libertati ordinari, nec determinari ad speciale  
 alium, qui peccatum sit, nisi voluntas ipsa creata illum  
 determinet. At aduersarij, concursum illum non om  
 nibus generaliter offerri, sed cum omnino antecedens sit,  
 ex eorum sententia, determinationem voluntatis crea  
 tæ, dari dicunt, vel non dari, ex speciali benegacito Dei:  
 Addunt præterea, concursum illum, ut est à Deo, de  
 terminatum esse ad talē alium: verum ergo erit,-  
 quod specialiter mouetur à Deo, & specialiter adiuuat  
 atqz adeo, quod maius habet auxilium ille qui peccat,  
 sine ille (ut questiones de nomine exclusamus) qui effi  
 cit alium, qui peccatum sit, quam qui huiusmodi actum  
 non habet est: Hæc tamen, utrum sequantur, ex aduer  
 sariorum positionibus, & (si sequi videantur) utrum tol  
 lerabilia sint, iudices riperint, iudicium meum nō  
 interpono.

## QUESTIO. SECUNDUS

da incident. Utrum Deus mo  
 ueat voluntatem, ad ac  
 tum peccati

Sectio quadragesima quarta.

Jn

**I**N Hac sectione multa dici possent, quatenus  
men omittit, tum ut breuitati serviam, tum quod in  
ea, minus aduersarij repugnat. cum eorum plerique,  
est, minime loquantur consequenter) negant tamen  
Deum aliquo modo mouere voluntatem ad alium peccati  
Alij vero sicut opportum significant, non tamen omnino  
exprimere id docere audent, forte quod ex eiusdem instanti  
professoribus multos viros dolos, acriter sibi in hac parte  
repugnantes habeant, ab omnibus qz cum offensione ex  
cipi eam sententiam videant.

**E**s istamen adhuc etiam in hac parte aliqua contra  
dictio, quæ in sui principio minimè contemnenda est, ne  
pauplat in excrescens, difficultius remedium habeat. Sed  
antequam aduersariorum sententias in hac parte ex  
pendamus, sententiam certam, atqz catholicam consti  
tuamus, oportet.

Conclusio. Deus  
non mouet volunt  
atem, ad alium peccati  
causam.

Vuldenus.

**S**it igitur conclusio certissima. Deus nullo modo  
mouet voluntatem ad alium peccati. Hac conclusio omnis  
sis alijs multis, quibus probari posset, à fortiori probatur.  
testimonij omnibus, atqz rationibus, quibus nostram senten  
tiam, in quaestione principaliter probauimus, quid iterum  
repetere molestum esset: præsentim cum nullo negotio  
exposit quilibet ad propositum applicare. Probatur item  
omnibus testimonij, quibus probari solet. Deum non est  
causam peccati, de quo multa videri possunt apud Eual  
densem, libro Lº Doctrinalis fidei, à capite 23. -

Ruar

Sexta quadraginta quarto

Ruardum, articulo 7º contra Lutherum, Bellarmi  
num, toto libro 2º de causa peccati, in secunda controversia generali, tomo 3; Gregorii de Valentia tomo 2º  
commentariorum Theologoz, disputatione 6. quas. 9.  
puncto 1º.

Ruardus  
Bellarmine

Gregorii de  
Valentia

**S**atis prouincit duas conciliorum definitiones pro  
nostra conclusione adducere. Primasit ex Concilio 2º A  
ransicano, canº. ultimo, ubi sic definitur. Aliquot vero  
ad malum, diuina potestate predestinatos esse, non solum  
non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum malum cre  
dere velint, cum omni detestatione, in illos anathema  
dicimus

Concilium A  
ransicano 2º.

Secundadefinitio sit ex Concilio Tridentino sessº  
6. canº 6. quæ sic habet. Si quis dixerit, non esse in  
potestate hominis, vias suas malas facere, sed mala ope  
ra, ita ut bona, Deum operari, non permissione solum,  
sed etiam propriè, & perse, adeò ut sit eius proprium o  
pus, non minus præditio Iude, quam vocatio Pauli;  
anathema sit.

Concilium Tri  
dentinum.

**E**x quibus definitionibus quatuor fidei documen  
ta habemus. Primum, non destinare Deum aliquem  
hominem ad malum, quod non solum intelligendum  
videtur de malo culpa, sed de malo aeterna damnatio  
nis. ad quam multos homines conditos esse, et Uitellij  
Galij heretici contendeant. cui decisioni consonat  
Illiud Ecclesiast. 15. Non enim necessarij sunt Deo his

Primum documen  
tum prædictorum  
Conciliorum.

Sedis quadraginta quarta.

mines impij; & iterum. Non cononpiscit multum  
dinem filiorum infidelium; qua tamen ut expro-  
prietate ipsarum vocum, destinare, concupiscere et  
licet colligere, intelligenda sunt, ut non Deus aliquis  
voluerit aeterni panis addicere, voluntate antecedenti.  
Iqua sit ex ipso Deo, scilicet, sine ullo hominum deme-  
rito praeognito, sed tantum voluntate consequenti  
& qua ex nobis est, quatenus nostra demerita sup-  
ponit.

Secundum do-  
cumentum.

Secundum in his Concilij canonibus definitur  
in hominis potestate esse, vias suas malas facere, hoc est  
indifferentem esse, ut possit bene, vel male operari; ita  
in primis verbi Tridentini, de quo latius supra.

Tertium do-  
mentum.

Tertium est. dum voluntas vias suas malas fa-  
cit, hoc est, dum male operatur. Deinde illa opera mala  
non operari proprio & perse. in quo absolute, <sup>videtur</sup> definitio. De  
num non esse causam mali operis, etiam secundum ma-  
teriale earum entitatem; tum quod id sonat verborum  
proprietas: operari enim opera mala dicitur, non solum qui  
in illis malitia facit, sed etiam qui ipsa facit opera, etia'  
ut opera sunt, nam iste terminus opera mala, pro ipsis ac-  
tionibus supponit, quae malas sint: tum quod negat in dubi-  
um vocabatur Deinde esse causam peccati; aliter quam ope-  
rando ipsa opera mala, secundum quod opera sunt, ut  
latius statim probabimus.

quarti docum.<sup>us</sup>

Tandem hinc quartum sequitur, quod Tridentinum diffinit, scilicet, falso dici, non minus esse opus Dei

laa

proditio

## Sexta quadragesima quarta

prodictionem Iude, quam vocationem Pauli. In quo non solum damnatur qui dixerit esse aequaliter opus Dei prodictionem Iude, & vocationem Pauli, sed etiam qui assertiverit ita attingere essentiali ratione operis diuersum.

His definitionibus, aduersarios dissentire non possunt, eorum tamen sententias circa gradus documenta fidei, ob oculos Judicum ponam, quorum erit de illis iudicium ferre. Primum ergo, contra primum documentum videndum est, an ea militet sententia aduersariorum qua docent Deum ex se ipso & nulla supposita causa ex parte hominum decreuisse quosdam homines aeternis cruciatiibus addicere, ut in eis eluceat gloria iustitiae domini. Et enim difficile est intelligere hos non credentes ad malum aeternam damnationis, quod videtur esse contra decretum Concilij, & contra sacram Scripturam saepè clamantem voluisse Deum omnes homines saluos fieri neminemque perire: cum enim illa voluntas sit ex ipso Deo antecedens omnem rationem, & causam ex parte creature; sitque voluntas absoluta & efficax, qua nultum hominem in aeternum perire, directe & expressè vietum regnare ei voluntati, qua Scriptura docet, voluisse Deum omnes homines universaliter, & consequenter hunc hominem in particulari saluum fieri. Etenim lict Mag. Barnes 1. p. quas. 23. art. 9. dubio ultimo, ad 2<sup>m</sup> sic dicat. Non enim assertur à J. Thoma quod ante praeceptum peccati, intelligamus Deum

Contra 1<sup>3</sup>. docum.  
videtur aduersari  
ponere, Deum  
determinasse que  
dam aeterni ou  
ciatitu.

M. Barnes  
col. 791. lra. D

velle

Sectio quadragesima quarta

velle aliquem hominem priuare vita eterna, & punire in aeternum, & ita verificatur quod ab solitudo nul la facta suppositione peccati, Deus vult omnes homines saluos fieri. Tamen facile videri potest hanc esse simu latam euasionem: sicut enim id verum habeat in intentione, qua reuera est D Thoma, non tamen in ea quā sequitur. <sup>550</sup> Homo tribuit Mag. Banes: expressè enim ibidem ad primum ait. Nos utimur nomine hoc scilicet reprobationis, ut importat diuinam prouidentiam circa non predestinatos, que includit alium voluntatu Dei volentis non solum punire peccatum prescritum, sed etiam permittere ipsum peccatum, in quo quisiste derelinquitur. & omnia hac vult Deus, ut ostendat iustitiam suam in punitione peccati. Ex quo, & ex tota eiusdem autoris doctrina, in eadem questione duobus habent viri; Primum omnem permissionem, etiam permissionem primi peccati adhuc originalis, ut explicuit contra Augustinum ante solutionem argumentorum, esse effectum reprobationis: Secundum est voluntatem permissionis etiam primi peccati, nostro modo intelligendi procedere ex voluntate, seu intentione Dei ostendendi institutum suum in punitione peccati, qua ostensio finis est totius reprobationis, ut patet ibi. Omnia hac Deus vult, ut ostendat institutum suum in punitione peccati. Et ex his concluditur, iuxta doctrinam huius autoris, ante omnem voluntatem permittingendi peccatum, atque adeo & ante omnem permissionem peccati, habuisse Deum hanc intentionem, volo

I. Alberti  
M. Banes

2<sup>ma</sup> assertio.

conclusio  
Banc.

Sextio quadragessima quarta.

Volo ostendere iustitiam meam puniens Petrum, eterna damnatione: ex qua voluntate tanquam ex intentione procedit, quasi electis, voluntas permittendi primum peccatum; manifestum enim est, in doctrina huius auctoris, voluntatem seu intentionem finibus, etiam in Deo, secundis rationem, procedere voluntate seu electionem mediorum: voluntas ergo diuina ostendendi iustitiam in puniendo Petrum, qua est intentio finis prima permissionis, prior est ipsa voluntate permittendi, qua est electio medi accommodati ad illum finem; atqz adeo prior est permissione peccati, ita simulacrum tantum, ut videtur, id negat praeditus auctor ubi supra.

<sup>15</sup> Addendum videtur: ~~codd~~ ratione qua hic auctor ponit tanquam initium reprobationis precedentem intentionem Dei ostendendi iustitiam suam in punitione reprobi tanquam finis reprobationis, & ex hoc <sup>Deum</sup> fine ordinis se permissionem eadem (in qua) ratione prasumendus videtur ponere, quod Deus ordinaverit ipsum peccatum, atqz adeo quod praedestinaverit Deus hominem ad malum etiam culpa, patet duplice ratione; prima quia in ipsa intentione finis includi videtur etiam intentio, ut sit peccatum; Etenim finis ille dicitur ab Auctore, esse ostendo iustitiae in punitione peccati. Cum ergo intentio illaqua prior est permissione peccati, non supponat peccati praevisionem, sequitur quod ipsa esse intendat esse peccatum quod puniatur: secunda quia permissione peccatis

mitur iuxta istum Autorem à Deo ut medium ad finem intentum, scilicet ad ostensionem iustitiae in punishmente peccati futuri post permissionem: sed permissionis non potest deseruire fini intento à Deo scilicet permissionis peccati, nisi in quantum post eam permissionem sequitur peccatum (non enim gemit Deus permissionem, sed peccatum ipsum) ergo Deus eligens & ordinans permissionem peccati ad punitionem, ex consequenti elligit & ordinat ipsum peccatum; nam qui ordinat & elligit medium aliquod remotum ad aliquem finem, eo ipso ordinat & elligit media proxima, quibus medium illud remotum coniungitur ipsi fini: ordinare enim medium aliquod ad aliquem finem, nihil aliud est, quam velle ponere ipsum medium, ut ex eo sequatur finis; vult ergo omnia alia per quae sequendus est finis ex tali medio. Hac omnia quam absurdia sint non opus est ostendere, cum propter eorum absurditatem ea refugiat concedere predictus autor. Utrum autem reuera haec doceat saltim similitate, vel utrum ea constitutae principia ex quibus evideat sequantur, Judices viderint.

Contra 2<sup>m</sup>. docimi  
tum videndum est  
adversarij ponit  
voluntatis esse deinde  
terminata ad malum?

Contra Secundum decretum videtur esse quodā  
doctrina Magistri Barres verbis infra citandis, in quibus  
videndum est, Utrum sentiat voluntatem creatam, ita  
de se determinatam esse ad peccatum, ut si sibi ipse relin-  
quatur à Deo, neqz efficaciter determinetur à Deo ad bo-  
num circa materiam propositam alicuius virtutis infalli

Gili

biliter peccabit circa illam materiam ex vi propria  
inclinationis & determinationis ad peccatum.

17 Doctrinam hanc fallaciam esse & factum Mani  
chorum ~~errorem redolens~~ + ut plene in telli  
autem eam contineant verba prædicti auctoris, non affirmo:  
verba tamen illius proponam: Igitur in 1. p. quæs. Banes  
14. art. 13 imprimis in 4<sup>a</sup>. conclusione primi dubij  
docet sic. Infallibilitas & certitudo diuina cognitionis  
circa futura contingentia, non solum pendet ex eo quod  
cognoscantur a Deo, prout sunt presentia in eternitate  
sed etiam prout cognoscuntur in suis causis. Nam iuxta  
sententiam huius auctori presentia alicuius effectus in  
eternitate provenit ex determinatione causarum; intan-  
cum enim res temporales sunt in presentia eternitatis  
vel eternitati coexistunt, in quantum ex vi suarum  
causarum futura sunt in propria mensura. Unde reue-  
ra non cognoscet Deus res, ut presentes in eternitate  
nisi cognoscet determinationes causarum, & producio-  
nes effectuum in propria mensura durationis eorum;  
sive haec igitur sive alia ratione, hic auctor putat ne suffi-  
ciat aliam cognitionem futurorum contingentium  
in Deo, praeter eam, qua cognoscuntur ut presen-  
tia eternitati; illam autem aliam cognitionem ex-  
plicit idem auctor ibidem conclusione 2<sup>a</sup> & 3<sup>a</sup> di-  
cens. futura contingentia non cognoscuntur a Deo  
prout sunt in suis causis indeterminati, & impediti  
bus, ut ait conclusione 2<sup>a</sup>, sed ut ait conclusione 3<sup>a</sup>

Dens

sedis quadraginta quarta

Deus cognoscit futura contingentia insuis causis determinatis & completis. (Et ut paulo infra addit) non impeditis; deinde subiungit. Causa futuorum contingentium (bonorum scilicet) quatenus intyiciuntur determinationi diuinae scientiae, & voluntatis, sunt determinatae & completae, & non impeditae ad producendos suos effectus contingentes; Et inde concludit. Ergo Deus cognoscit futura contingentia pro ut sunt in causis determinatis & non impeditis.

Ecce habemus ex hoc Autore generaliter Deum cognoscere futura contingentia insuis causis determinatis & non impeditis, specialiter autem cognoscere effectus bonos in causis particularibus, ut subiunguntur determinationi diuinae voluntatis, quia ratione illius & non aliter, sunt determinatae ad bonum.

Hinc restat hunc Autori difficultas circa effectus malos & peccata, ad quae non efficaciter mouet Deum aut determinat voluntatem creatam, sicut ad alios bonos: hinc enim videtur requiri, quod nulla sit causa determinata & completa & non impedita in ordine ad illos, atqz adeo iuxta doctrinam eius supra positam, esse non poterit in Deo certa illorum cognitio. Hanc difficultatem proponit post quartam conclusionem sic. Et secundum argumentum. Sequitur saltem ex illis conclusionibus & probacionibus earum, quod peccatorum, quae solum pendent ex voluntate libera operantis, Deus non potest habere certam cognitionem insuis causis. Probatur sequela. Diuina voluntas

tas

sextio quadragessimo quarto.

tas non determinat voluntatem creatam ad peccandum, sed relinquit illam indifferentem & libernam: at per causam indifferentem & indeterminatam, non potest haberi certa cognitis effectus futuri. ergo. ad hanc autem difficultatem, praetermissa alia prioris solutio ne, sic respondet. Secundo dico, quod voluntas creata infallibiliter deficit circa quamcunqz materiam virtutis, nisi efficaciter determinetur a diuina voluntate ad bene operandum. Quo circa ex eo quod Deus cognoscit suam voluntatem non determinasse voluntatem creatam ad bene operandum, in materia v-g-tempore rantia, cognoscit evidenter, quod voluntas creata peccabit, & deficit in materia illius virtutis. Itaqz alia futura contingentia cognoscit Deus insuis causis, prout sunt determinatae a prima causa: malum vero culpa futurum cognoscit insua causa, quatenus non est determinata a prima causa ad bene operandum.

Ponderanda sunt haec ultima verba malum vero culpa futurum cognoscit insua causa, quatenus non est determinata a prima causa ad bene operandum. Certe praterquam id colligebatur ex doctrina sivarum conclusionum quas supra retulimus hic expressè concedit eum cognoscere peccatum insua causa, nempe involuntate, non autem cognoscit illud insua causa ut indeterminata, iuxta conclusionem supra dictam eiusdem autoris. ergo cognoscit illud in volun-

voluntate, ut in causa determinata & non impo-  
rita, ex ipso quod Deus illam non pradeterminat  
efficaciter ad bonum oppositum est. Et confirmatur  
quia cognitio effectus in causa, negavit esse infallibilis  
misi sit cognitio in causa determinata, alia ut ipse au-  
tor dicit in probatione secunda conclusionis, tali cogni-  
tioni ei est coniecturali, fallibili & incerta; Sed Deus  
cognoscit peccatum in voluntate creata ut in causa  
pro ut expresso ipse assertit; ergo cognoscit illud in volun-  
tate, ut in causa determinata, non determinata ex  
aliqua extrinseca motione efficaci, ut ipse etiam docet  
negans Deum cognoscere peccatum in determinatio-  
ne sua scientie, & voluntatis. ergo cognoscit illud  
in voluntate, ut in causa a se ipsa determinata. Quod  
enim requirit, ut non determinetur efficaciter a  
Deo ad bonum oppositum, solum requiritur, ut ipsa  
non impediatur a Deo in ordine ad peccatum, sed re-  
linquatur sua naturae: Si ergo ex ipsa voluntate  
relata sua natura, nec impedita a Deo, infallibili-  
ter sequitur peccatum, ut ipse assertit, adeo ut ex ipsa  
natura voluntatis non impedita, Deum evidenter  
cognoscit, quod voluntas creata peccabit in materia  
temperantiae tunc proposita, manifeste sequitur  
ex sua natura esse determinatam ad peccatum, es-  
to impediri possit a Deo.

fm. qd' posse M.  
Banes adducere  
et suscipere.

Posset hic autor se defendere, aduertens se no-  
dixisse voluntatem esse determinatam ad malum

sed tantum dixit quod voluntas creata infalli  
biter deficiet circa quamcunq; materiam virtutis,  
nisi efficaciter determinetur à diuina voluntate  
ad bene operandum. Id autem consonum est doctri  
na D. Augustini, in qua concedenda est tanḡ neus  
saria hæc consequentia. Deus permittit aliquem pec  
care, ergo peccabit. Igitur pari ratione bene sequitur  
Deus non determinat efficaciter voluntatem ab be  
ne operandum circa talem materiam: ergo infalliti  
liter peccabit. Confirmatur 1<sup>o</sup>.

<sup>24</sup> gustini, quæ citatur, in sermone quodam de Cipha  
habr. 1. 50. homil. <sup>Aug.</sup> nullum est malum quod facit unus homo, quod  
hom. 23. h̄i verbis <sup>teab</sup> non faceret alius homo, nisi ab illo determinaretur per  
~~quod fecit homo, qd~~  
~~quod non posse facere~~  
~~alter homo, si desit~~  
~~rebus a qua factus~~  
~~est homo.~~

<sup>25</sup> ex eo quod Deus non præueniat hominem aliquo  
specialissimo auxilio, necessaria consequentia sequitur  
quod non poterit vitare omnia peccata, sed aliquando  
peccabit: Et tamen non ideo dicimus voluntatem de  
terminatam esse dese ad peccatum: ergo ex eo quod h̄i  
autor dixerit quod voluntas creata infallibiliter def  
ficiet circa quamcunq; materiam virtutis, nisi effi  
caciter determinetur à diuina voluntate, ad bene  
operandum, non restet infertur, quod voluntas sit  
determinata ad peccatum.

<sup>26</sup> Sed hæc nihil iuvant hunc autor em: quod Ad argu<sup>3</sup> responderet?  
enim

conde oratio in capitulo enim haec sit bona consequentia, & necessaria  
huius consequentia Deus permittit aliquem peccare, ergo peccabit, non  
peccare, & peccabit. Deus permittit aliquem peccare, ergo peccabit, non  
<sup>ut suppos. p. n. p. p. d. e. r. m.</sup> peccare, & peccabit. prouenit ex eo quod voluntas non impedita, aliquo modo deter-  
minatur a Deo ad bonum non possit non peccare.  
~~minata sit ad peccandum~~, sed ex eo quod in permissione  
innovuitur scientia futuri eventus. Dicitur enim Deus  
permittere ut alius peccet, quando constituit hominem  
inter ea auxilia & tentationes, quibus scientia supradic-  
ta conditionalium praeconoscit illum defacto. quanvis  
libere peccaturum; cum tamen possit eundem hominem ab his  
tentationibus eripere, & alijs auxiliis praeuenire, quibus non pec-  
caret. Unde necessitas illius consequentiae, permittitur  
peccare, g.º peccabit, non est necessitas antecedens, sed conse-  
quens ipsam existentiam peccati, est ergo ea necessitas, qua-  
res dum est, necesse est esse.

At vero in sententia Magistri Barnes illa con- 27  
sequentia, voluntas circa materiam virtutis proposita, no  
determinatur efficaciter a Deo, ad opus bonum, ergo peccat  
in ea materia; est consequentia necessaria non necessita  
te consequenti, quia non supponit prævisionem pecca-  
ti in eius sententia, sed est necessaria necessitate antee-  
dicti ex vi habitudinis causa ad effectum. Unde cogni-  
tio illius peccati in voluntate non determinata a Deo  
ad bonum oppositum, ut ipse assertit, est cognitio in causa,  
qua proinde non potest esse certa, ut ipse in eius autor dixit  
ubi supra, nisi ipsa causa sit determinata, completa  
& non impedita. Ita itur necessario concedere tenetur,

voluntatem non determinatam efficaciter a Deo ad bonum, circa talem materiam, quod est dicere voluntatem non impeditam, sed sibi relictam est determinatam esse ad peccatum oppositum.

28

Ad primam confirmationem similiter respondetur illud dictum Augustini, eo verum esse, quia præcognovit Deus per supradictam scientiam conditionalium, non nullas tentationes vel occasiones, quibus Jacob v.g. libere se determinaret ad illud peccatum, quod fecit alius homo, v.g. Esau, sicut enim ut docet Augustinus questione 2<sup>a</sup> ad Simplicianum post medium, non defuisse Deo aliquam rationem vel modum vocandi Esau illi congram, & cui defacto Deus præcognoverat illum consentire si eum voluisse illa vocatione vocare; ita è contra, nec defuisse occasiones, & tentationes, quibus præcognovit Deus Jacobum peccatum, ut peccavit Esau, sic in temptationibus Deus illum exponere voluisse: quod ergo Deus ille si temptationibus illum non exposuerit, & consequenter quod Jacob non peccaverit peccatis Esau, gratia Dei fuit qui ab illis occasionibus & temptationibus eum preservauit, & hac est mens Augustini.

29

Ad 2<sup>am</sup> confirmationem respondetur; potius ex illa summi argumentum contra Magistrum Barri. verum enim est non posse hominem, cum communib[us] auxilijs, vitare omnia peccata collectuè, eo quod non ex

Ad 1<sup>am</sup> confirmationem.  
quoniam Dei sit  
qui non peccat  
copeccatoque aliis  
peccat

Non est dubium  
deinde in  
proposito non  
aliquando in  
dilectione

Ad 2<sup>am</sup> confirmationem

8 cter

determinatione voluntatis ad malum, sed ex flexibili-  
tate illius, & gravitate, ac multitudine temptationum,  
qua frequenter occurunt, oritur quadam impossibilitas  
moralis, qua generaliter impossibile est contingens ali-  
quod semper, certo quadam modo contingere, quando facile  
non est eodem prorsus modo semper evadere; ut late & recte  
explicat Molina in concordia disputatione 20. ad art. 13  
ques. 14. Omnes tamen Doctores affirmant, posse hominem  
vitare quodlibet peccatum diuinum, eo quid oppositione sta-  
re non possit, nisi ponatur voluntas relata, vel à tenta-  
tione, vel ab aliquo alio extrinsecus determinari ad peccatum  
quod nullo modo admittunt. Cum ergo hic autor affirmet  
proposita aliqua materia hic & nunc, certum esse volun-  
tatem peccaturam intali materia, si Deus illam non pre-  
determinaret ad bonum oppositionem; nec esset dicere tenetur  
voluntatem esse determinatam dese ad tale peccatum; ma-  
xime cum hic autor non requirat ad infallibilitatem illam  
peccati sequendi gravem aliquam temptationem. Imo Doctri-  
na illius revera procedit etiam in statu iustitiae originalis,  
in qua consequenter dicit, cum eius principia generalia sint,  
quod in voluntate Adami nondeterminata efficaciter à  
Deo ad actum obedientiae, vel temperantiae, circa cibum re-  
titum propositum, cognovit Deus ipsum peccatum in illa  
materia & occasione. Vnde & etiam voluntas illius in es-  
statu non impedita per efficacem determinationem Dei, ad  
oppositum erat determinata ad peccatum.

prudentia doctrinæ  
Barros &c. eis pō  
cipia procedere  
et in statu iustitiae  
originalis

Contra

31 Contra Tertium documentum videntur tene  
re ut plurimum aduersarij qui docent, Deum actualiter  
per præmovere voluntatem efficaciter ad alium peccati, non  
secundum quod peccatum est formaliter, neque etiam ut  
materiale peccati est, sed tantum ut entitas quoddam rea  
lis est. Ita docuit Fr. Didacus Nunno in suis praelectioni  
bus, ubi supra notabili. 2<sup>o</sup>. Eodem modo (inquit) Dicendum est, quod Deus prædeterminauit materiale  
peccati, secundum quod quoddam entitas naturalis est, si  
cet non cum ista formalitate, scilicet in quantum est ma  
teriale peccati. Et in conclusionibus typis excusis, quas  
